



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

1 Contractus omnis in creditorum fraudem factus reuocari potest.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

DECISIO II.

Ex cons. 3. in Nouis, deest in antiquis.

Lex tollens pacta a caducitate, excusantia de illis solum pactis intelligitur, quæ illam simpliciter tollit, & non de illis, in quibus loco caducitatis alia poena apponitur.

TITVLVS XII.

De Rerum permutatione.

Hic titulus deest in Nouis.

SVMMARIVM.

Ius patronatus in bonorum vniuersitate consistens, eis emptis, vel permutatis, quando transfertur.

DECISIO I.

Ex cons. vnicò in antiquis alias 5, de iure patron.

Habens multa bona & ius patronatus in vniuersitate bonorum suorum consistens, nec non ius percipiendi decimas in quibusdam ecclesiis, si bona illa vendat, aut permutet, nulla facta mentione iuris patronatus, etiam ius patronatus in emptorem, & permutationem illius transferre censetur, cap. ex literis, cap. cum seculum, de iure patron. in vero in emptione, aut permutatione eiusdem iuris patronatus mentio fiat, vel excipiendo simpliciter illud a contractu & translatione, d. c. ex literis. vel per co-putationem (Et) dicendo, vendo, vel permuto bona, & ius patronatus, ex Decio in c. Quanto num. 6. de ind. non transfertur ius patronatus, secus autem si fiat mentio ad transferendum per prapositionem (cum) dicendo, quod vendit, vel permutat bona cum iure patronatus, tunc enim translatio valere dicitur: Permutatio autem decimarum pro aliis rebus temporalibus, etiam cum auctoritate ordinarij, sine consensu Papæ fieri non potest, & aliter facta, Simoniaca censetur.

TITVLVS XIII.

De Feudis.

SVMMARIVM.

Feudatarius an omnis iuramentum fidelitatis præstare, & inuestituram petere teneatur.

DECISIO I.

Ex cons. vnicò in vtrisque.

Quamuis iuramentum fidelitatis, & petitio inuestituræ a feudatariis communiter exigere soleant, in recognitionem directi domini, quod apud concedentem feudum remanet, d. c. de forma 2. q. 5. & c. ego N. de iure iur. & c. 1. de forma fid. in vrb. feudorum, adeo vt si feudatarius illa non obseruat, feudum amittit, cap. 1. §. 1. Quæ si sit prima causa bene amittit, in vrb. feud. & cap. 1. Quo tempore moles in vrb. feud. non tamen omnis vassallus feudatarius, qui feudum habet, ad petendam inuestituram, & iuradum fidelitatem obligatur, sed is solum, qui feudum illis oneribus, in illius concessione & inuestitura subiectum habet.

TITVLVS XIV.

De Fideiussoribus.

Hic titulus deest in Nouis.

SVMMARIVM.

Debita priora prius soluenda sunt.

DECISIO I.

Ex cons. vnicò in antiq. alias 4. de solution.

Fideiussor pro alio quo, & postea pecunias ab illo pro seipso accipiens, & non habens, vnde pro vtriusque faciat, peccat mortaliter, & iniustitiam committit, volendo prius soluere his, a quibus posterus pro seipso accepit, quam his, quibus antea se per fideiussorem obligauit, ex Nauar. in Man. c. p. 17. no. 51. cum debita priora prius soluenda sint, nisi ex ignorantia, vel inaduerentia, excusetur credens se potius teneri ad soluenda debita, quæ pro seipso accepit, & quæ in sui ipsius vltus impendit, quæ quæ per fideiussionem debentur.

TITVLVS XV.

De solutionibus.

SVMMARIVM.

- 1 Contractus omnis in creditorum fraudem factus reuocari potest.
- 2 Famulus, qui accepit mille ab hero, illa permutando iuste, auctarium domino restituere non tenetur.
- 3 Pensionem prateritorum annorum ab antecessore non solutam successor ex fructibus perceptis soluere tenetur.

DECISIO I.

Ex cons. 1. & 2. alias 61. deest in Nouis.

Debitor multorum creditorum transferens locationem triennalem vineæ alicuius in postemum creditore, vt ex fructibus illius soluarur sibi debitum eo pacto, quod administratio vineæ, & fructuum pertineat ad debitore, & eo manente possit creditor capere fructus eius remanentes pro debito suo, in fraudem priorum creditorum illam transferre iudicatur, & sic transferendo peccat, & talis contractus per debitorem in fraudem priorum creditorum factus, iuste ab antiquioribus creditoribus reuocari potest ex toto ut quæ in fraud. credit.

DECISIO II.

Ex consil. 3. deest in Nouis.

Cum monetæ excusæ precium verum ceteri debeat, quod a principe Reipub. præstituitur, Argum. cap. Quanto, & ibi Pan. communiter recep. no. 6. de iur. iur. aconomus, vel di. pætor, aut quibus alius officarius accipiens a Domino suo, vel eius nomine, ille scuta auri in auro, quorum singulorum precium a principe taxatū est vndecim iulij, & dimidium; si illa mercatori tradendo, vltra illos vndecim iulios cum dimidio, aliquot quadratunos, vel bo. ogninos accipiat, auctarium illud restituere Domino suo non tenetur, sed sibi illud iuste retinere potest, & suo officio facit satis, impendens pro hero tantum, quantum scuta auri secundum institutionem Principis valent, nec auctarium illud duorum, vel plurium quadratunorum; quod incertum, immo & voluntarium est in foro conscientie, aut exteriori restituere monetæ, quæ augmentum vel diminutio estimationis monetæ, quæ modico tempore durat, non sit attendenda, arg. l. præmium, in fin. ff. ad l. g. falc. Pan. in d. c. quanto.

DECISIO III.

Ex consil. 4. in Nouis deest in antiq.

Qui pensionis retentioni nec per se, nec per procuratorem consentit, ob non solutionem censuris obligatur, antequam relaxationis littere, non per alterius Notarij transumptū, sed in forma authentica ei intimetur, Cle. causam. de electio. Auth. si quis in aliquo documento, C. de eden. instr. ita tamen pensionem prateritorum annorum ab antecessore non solutam successor ex fructibus, quos ipse percepit, vel in futurum percipiet, soluere, tenetur, vt ab hære. de antecessoris, qui fructus distorum percepit, quod soluit, recuperare valeat.